



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Oratio Apologetica Pro Defensione Professionis  
Orthodoxæ Fidei Ivxta Decretvm Concilii Tridentini Editæ**

**Franck, Caspar**

**Ingolstadii, 1581**

**VD16 F 2054**

Ad eundem Reverendissimvm Nvncivm, &c. Epigramma

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31415**

Adeundem  
**REVERENDISSIMVM**  
*NUNCIVM, &c. EPIGRAMMA*  
M. IOANNIS ENGERDI SS. THEOLOG.  
Baccal. P. L. & Professoris.

**F** N TIBI quod FRANCVS sacris tutamen in armis  
CHEMNITIVM contra centū geminūq; LVTHERVUM,  
Hæreticasq; acies sine lege & more furenteis,  
Mittit, in aduersos dux imperterritus hostes:  
Quod tutamen enim? sunt propugnacula C HRISTI  
Cælitum, quondam (summo dum lapsus Olympo,  
Vnum pro cunctis moritur caput, aniè malorum  
Victor ADÆ) comitum; qui sancta oracula Magistri,  
Non atramento tantum, sed voce manuq;  
Sacratis infusa animis, & tradita ab uno  
Tempore in aetates misere fideliter omneis.

Accipe, magne Pater: tibi sunt munimina quanquam  
Ante satis tuta, & pugnandi cominus arma:  
Improuisa tamen celerant socia armatriumphos.

Non equidem extimui paruum tibi ducere carmen,  
Nomine quod tanto mitrati Præfulis ingens,  
ROMANIq; Patris Germanum missus in orbem  
Ingens Legatus, pietate ingentior heros,  
Fortia facta geras, animisq; & moe tuastes  
Cadmeos fratres Cyclopeaq; agmina contra:  
Sed tu ame Virtus, tua terris inclyta Fama  
Didita Teutonicis, & fortunata laborum  
Religio, Pietasq; ardens egere volentem.

Viue, decus magnum Boii super addite templis,  
Viue diu, nostrisq; memor, fer ad aetheranomen.

ORATIO